


**05  
A  
1445**



DISPUTATIO XIV.

1937. DE 4703

CORPORIBUS

Imperfectè mixtis,

Quam

D. O. M. A.

Sub Præsidio

M. IOHANNIS GISENII

Osnaburgo-VWestphali.

In Inclyta Academia VVittebergensi  
Publicè defendendam suscipiet

JOHANNES LAURENTIUS

Stadensis.

Ad diem 16. Decembris horis à 6.  
matutinis in Collegio Philosophorum.

VVITTE BERGAE,

Typis exscribebat JOHAN. GORMANUS

Anno 1609.

Verendo, humanissimo et doctissimo vero Dr. Familio  
Laurentio, parenti suo longe Bartolomeo.



Nobilissimo, eruditione, experientiâ, authoritate alijsque laudum ornamentis præstantissimo, & regionis Cedinganæ gubernatori dignissimo Viro,

Dn. MELCHIORI BRUMMERO,  
Hæreditario in Drochtersen/  
NEC NON

Viro nobilissimo, excellētissimo, maximeq[ue] strenuo,

Dn. ARPOLDO à Düringf/  
Hæreditario in Hamelworden.

Dominis Fautoribus ac Promotoribus suis submissè & reverenter calendis,

Hanc de METEORIS disputationem  
in solemne observantiae testificandæ  
testimonium & felix novi anni auspicium,



OS A 1445

Dedicat  
Inscribit  
Offert

Iohannes Laurentius,  
Respondens.

# Theorema

## I.

**M**ixtio, inquit Philosophus, est miscibilium alterato- *Lib. i. de Gener.*  
rum unio, vel Mixtio est motus corporum minimorum ad mu- *cap. 10. tex. 90.*  
tuum contactum ut fiat unio. *Scalig. exer. 201.*  
*scit. 1.*  
*Meur. in Quest.*

**I I.** - Est verò corpus mixtum vel imperfectæ mixtionis, vel per- *Meteor. pag. 23.*  
fectæ. Corpus imperfectè mixtum est, quod ex levi elementorum concre-  
tione conflatur, ut Meteoron.

**I II.** Meteoron est corpus imperfectè mixtum ex exhalatione vi *Arist. i. Meteor.*  
stellarum, & loci in aère vel terra effectum. *cep. 1.*

**I V.** Causa Meteororū Efficiens est hyperphysica, vel Physica. Hyperphysica *Velcur. lib. 3.*  
est Deus. Physica est remota vel propinqua. Remota est motus vel influxus *Phys. cap. 2.*  
corporum cœlestium. Propinqua & calor vel frigus.

**V.** Materia Meteororum est remota vel propinqua. Remota sunt Ele- *Arist. i. Meteor.*  
menta, in primis aqua & terra. Propinqua est exhalatio duplex. Vapor & *cap. 2.*  
fumus.

**VI.** Forma Meteororum sunt species illæ & figuræ, quæ variae in meteoris *Zabar. de con.*  
varijs apparent. Hinc Meuterus, forma, inquit, unicuique peculiaris est pro *Scien. nat. c. 240.*  
varia quantitate, qualitate materia, & loco efformata: item pro diver- *Piccol. de Mete.*  
itate cause efficientis. *cap. 5.*  
*Pag. 30, in Quæ.*

**VII.** Finis Meteororum est Hyperphysicæ, vel Physicæ. Hyperphysicus est *Meteor.*  
sapientia divine demonstratio. Physicus est generalis vel specialis. Generalis  
est vel animalium & plantarum salus & commoditas ob venenorum va-  
porum subtractionem, vel futurorum quorundam eveniūm qualisq[ue] significatio.  
Specialis finis est, quem unumquodlibet Meteoron in se respicit. *Meur. p. 26.*

**I IX.** Subjectus locus Meteororum est aér vel terra. Adjunctum temporis  
est potissimum ver & autumnus.

**I X.** Dividuntur verò Meteora vel ratione causarum,  
vel ratione subjecti loci. Ratione causarum, utpote Materie, formæ &  
finis. Ratione materie dividunt nonnulli Meteora hoc modo, ut dicant, a-  
liud ex utraq[ue] generari exhalatione, aliud ex alterutra videlicet vapore,  
vel fumo: His igitur Meteoron aliud est simplicis, aliud compositum.

**X.** Ratione externæ formæ Meteora à multis dividuntur in ignita, aerea  
& aquæ. Ratione finis quedam sunt onuscula quadam actinaria.

**X I.** Deniq[ue], ratione subjecti loci, in quo generantur, dividuntur *Conferatur Gar-*  
vel in aerea vel terrestria. *cæus cap. 3. de*  
*Meteor.*

XI'. Aerea subsistunt vel in suprema aeris regione, vel in media, vel in infima. In suprema subsistunt Cometa, fax, crabs, Eolis, caprae saltantes, Scintillæ volantes, Chasma.

XII. Meteoræ mediæ aeris regionis sunt aquæ vel ignea. Aquæ sunt nubes & nonnullæ ex nube generata, quæ sunt liquida, ut pluvia, vel concreta, ut Nix & grando. Adjuncta Nubium sunt idola & picturæ, quæ in Nube manifestè conspiciuntur. Suntq; duplices: Informes & quasi confusæ; ut sunt nubium colores, vel formam certam exhibentes; & hæc vel syaeri sunt oppositæ, vel ei suppositæ. Opposita est Iris. Suppositæ eidem sunt Virge, Parelius, Paraselina & Halo.

XIV. Ignitum mediæ aeris regionis Meteoron est fulmen: Hoc fit cum sono & cum Lumine. Ratione soni comicitur illud tonitru: Ratione vero Luminis fulgur.

XV. Meteoræ infimæ aeris regionis generantur vel ex prædominante fumo, ut Meteoræ ignea, Stella cadens, Draco volans, ignis fatuus, ignis lambens, vel ex prædominante vapore, ut aquæ: Nebula, ros, pruina; vel denique ex legitima uiriisque convenientia, ut aerea, cuiusmodi est venius.

XVI. Meteoron in terra generatum est terramotus: Hujus species nonnulli constituunt: Tremorem, inclinationem & succussionem.

XVII. Hæc sic qualiscunq; corporis imperfectè mixti delineatio: Corpus perfectè mixtum est, quod omnium elementorum constanti concretione constat, & propterea est durabile. Estq; inanimatum, vel animatum. Inanimatum, ut Metalla, lapides & terræ pretiosæ. De his & in primis de Meteoris controversias præcipuas determinare conabimur.

Quæstio I. Prima igitur sit de causa efficiente Meteororum, nempe quid sit sentendum de efficacia Diaboli in Meteoris producendis & & quomodo possit producere Meteoræ? *Graec. cap. 2 p. 7.*

Peucerus de Di nomine portenta, quia quæ porrò sunt quasi intentant. Vnde etiam prodigia quasi prædicta dicuntur, quia divinius propagantur consecuturis rebus, ut sunt exercituum inter se dimicantium cohortes.

XIX. Hæc cùm sint inusitata corpora, inusitatæ habent causas, quas inquirere sufficienier nec valamus, nec est nostri institutio.

XX. Quid

XX. Quod verò attinet questionem propositam, pro certo habemus, primum Diabolorum prestigiis, Deo permittente, varias saepe formas in aere efformari, rebusq; naturalibus imprimi; vel ab eodem imaginem visivam mutari.

XXI. Secundò extra dubium esse putamus, revera à Diabolo Meteora posse produci. Nam horridas saepe tempestates cœlo sereno, esse exortas, quando pœna cultoribus ejus est illata experientia est observatum. Et de Lappis scribitur, quod venos vendant nautis. Neque sacra litera diversum suadent, ut ex Historia Iobi est videre: Atque hinc potestatem aeris Cap. 8. Diabolo attribui multi opinantur.

XXII. Modus igitur tantum restat indagandus, nempe utrum Meteora producat immediate; an verò mediately? Certe non immediate: Hæc enim productio non esset generatio; sed creatio, quæ soli competit Deo, quam gloriam alteri non dabit: Siquidem creatio procedit à non ente ad Ens, generatio ab ente potentia ad Ens actu. Generare igitur proprium est naturæ, creare Dei, facere artificis. Ergo Mediately?

Quæstio 2.

Utrum Diabolus Meteora producat mediately; an

verò in me-

Lombardus lib.

2. dist. 1. lit. a.

Arma de Bel-

visu cap. 4.

XXIII. Nam i Spiritu ille malignus longo usu, experientia & observa-

rione optimus est Physicus & Astronomus. Ergo ex causis naturalibus tem-

pestates potest præscire & prædicere, in quibus suas Deo permittente habet & so.

actiones. 2. Virtutem efficientem naturalem potest promovere. 3. Vapores ab uno loco ad alium potest transferre, & in unum cogere, ut ita horri-

da oriarur tempestas non immediata, sed mediately à Diabolo excitata.

XXIV. Ex his colligimus miserè decipi Lamias à Diabolo, ipsi media, quibus tempestates excutent, præscribente. Potest quidem ejusmodi fictis mediis producta horrida saepe tempestas excitari, verum non ab illis mediis; sed quia Diabolus peritissimus est Physicus & Astronomus, ideo præscire potest tempestates. Præcipit igitur, ut Lamiae media producant quando tempestas est futura à se præognita & promota, atque inamiserè decipiuntur Lamiae, & in sua malitia confirmantur.

XXV. Hæc de controversia cause efficientis: De materia itidem discepatur inter Physicos, nempe: utrum ex omnibus Elementis an verò ex quibusdam tantum generentur? Prior questionis pars arridet Magno Arbitratur enim ille nullum corpus mixtum dari posse, quod non ex quatuor constet Elementis.

Quæstio 3.

An Meteora ex omnibus generentur Elementis?

lib. 4. Phys. c. 2.

Jave<sup>rus</sup> 119. XXVI. At posteriorem questionis partem amplectantur Physici plerique : censent enim materiam Meteoror. remotam esse tantum aquam & terram, atq; inde dici corpora imperfecte mixta.

Met. tra. 1. sc. p. 21. Coll. Connib. t. Meteor. tratt. 1. cap 2. Zanch. de XXVII. Confirmationi hujus sententiae vulgarem præmittimus distinctionem inter Elementa considerata ratione essentiæ & ratione existentiæ: pag 420.

Illi respectu considerantur, ut pura ; hujus respectu sunt impura: Et si considerantur ut pura, ignis & aer nullum emitunt vaporem. Quare ita argumentamur : Illa Elementa, quæ emitunt vaporem vel fumum sunt materia Meteororum remota. At neque aer neque ignis, sed tantum aqua & terra vaporem & fumum emitunt. Ergo &c. Duo enim ut corpus quoddā exhalet requiruntur : Primum est, ut partes alias habent crassas, alias subiles. Secundum est ne partes sint subtiliores omnī exhalatione. Ex his infertur, generari exhalationes ex aqua & terra; At non ex igne ob nimiam subtilitatem, neq; ex aere ob nimiam raritatem.

#### Quæstio 4.

Cur Cometa multa prænunciet mala?

Meur. p. 164.

Garceus pag. 36. Stanbus de Me ascendentis vapores, ut neq; nubes, neq; pluvia possit generari: Hinc sequitur. lib. 2. lit. K. tur terra siccitas, sterilitas, annonæ caritas; Hinc itidem pestis, quia aer inquinatur fœtido fœtidæ deslagantis materia halitu, quem attrahentes bestiæ & homines inficiuntur.

#### Quæstio 5.

Quid sit Cometa?

Lib. 2. Epist. cap 2. T 10.

XXIX. Alij in quidditate ejus investiganda diu multumq; desudarunt. Pythagorici Cometam esse crediderunt stellam errantem, quæ quando sub radiis solaribus aliquamdiu latuerit, se conspicendum præbeat. Sed quia longa experientia docuit, Cometas deficiente materia evanescere; Planetas vero nunquam naturaliter defiscere: Ideò non absq; errore Planetis annumerari Cometas cerio persuademur.

XXX. Plausibilior eorum videtur esse sententia, qui Cometam opinantur esse stellam, quæ singulari Dei consilio proferatur, ut iram Dei & horrendas pœnas hominibus denunciet, si q; pœnitentia concio; tandem vero officio functa visui subducatur. Qua de re plura in collatione.

XXXI. Alij in sede Cometarum investiganda sunt toti, de quæ omnium laboriosissime & accuratissimè differit celeberrimus Mathematicus Tycho Brabe ansam arripiens de Cometa, qui apparuit an: 1577, hunc cum multis

multis aliis obseruisse se testatur aethereum & super lunarem ; sed cum bu-  
jus questionis affirmatio cum multarum periculosis marum & difficultissi-  
rum questionum decisione sic conjuncta , & Tycho prudenter ipse judicet , Lib. 2. epistol.  
difficile esse à communiter recepta sententia citra certam experi-  
entiam , & Demonstrationem , quæ non ubique obvia est , amo-  
veri ; ideojudicium hic suspendimus , & hujus questionis decisionem , ad  
exercitatos Mathematicos remittimus .

XXXII. Pergimus igitur ad considerationem Meteororum nonnullorum  
Mediæ aeris regionis . Dividuntur illa communiter in nubem , & in ea , quæ  
vel in nube , vel ex nube generantur . Nubem non tantum materiali-  
ter , sed etiam formaliter creatam docent viri profundè docti , per-  
moti testimonio Iobi 38. v. 8. Quæ vero in nubibus , & ex nubibus genera-  
tur , ut sunt tonitru , grando , &c. illa licet materialiter , non tamen forma-  
liter creduntur creata , imò nonnulla ipsorum ad malum pœnæ referuntur .

XXXIII. De his consuluntur alij pluribus illa persequentes . Indagabi-  
mus causam , quæ facit ut nubes in aëre subsistunt . Sunt qui putant  
eas tantum naturaliter in aere subsistere ; Alij expendentes ipsarum cum  
magnitudinem tum materiam ex qua constant , eas non nisi supernatura-  
liter in aere subsistere posse concludunt .

XXXIV. Medium existimamus teneri posse sententiam : Proinde primò  
adscribemus hoc ipsum ordinationi divinæ freti illo Ieremie Deus elevat  
nubes ab extremitatibus terræ ; Et hoc Psalmista Deus operit cœlum nubi-  
bus . Secundò causis naturalibus , & quidem partim calori Solis , & re-  
liquarum stellarum , partim ipsius aeris & ventorum agitationi , materia-  
rumq; inter se contrariarum pugna , partim propriæ ipsarum naturæ , quia  
nubes , inquit Garcaeus est instar spongiæ tota cavernosa , vana & mobilis :  
Quibus causis nonnulli addunt motum primi mobilis .

XXXV. In nubibus generatur Iris , Meteoron omnium venustissimum , Quæstio 7.  
& admiratione cum ob figuræ concinnitatem , tum colorum pulchritudi-  
nem , dignissimum , inde Poetæ iridem nominarint Iuwæ iac , b. e. admi-  
rationis filiam . De hujus origine nempe , utrum extiterit ante diluvi-  
um , nec ne , anxiè quæritur ? Non extitisse existimarunt multis schola-  
stici quos enumerat D. Thomas . His subscriptibit B. Lutherus nosfer . Item  
D. Gesnerus . Nam Iehova de arcu verba faciens oratione uitetur in forma  
temporis praesentis & futuri . Post diluvium igitur arcus ille primum ex-  
titit .

XXXVI. Extitisse vero iridem ante diluvium censuerunt homines iti-  
dem

Lib. 2. epistol.  
pag. 456.

D. Hunnius in  
Genesin cap. 2.  
pag. 49.

D. Gesn. Diff.  
2. in Genesin  
quest. 7.

Quæstio 6.  
An nubes na-  
turaliter in  
aere subsistat ?

Cap. 10.  
Ps. 46. v. 8.

Pag. 78.  
Meur. pag. 431.

Super 9. c. Gen.  
Tom. 4. Germ.  
Jen. p. 59. Diff.  
9. in Ger quest.  
9. p. 227.  
Gen. 9. v. 12, 13.

D. Thomas su- dem eruditissimi, & multarum rerum experientia præstantissimi: Quorum  
per cap. 9. sententiam probabilem, judicat esse B. Hunnius.

Gen. Connimbr. Gen. Connimbr.

pag. 47. lib. Me. XXXVII. Quare non tanquam apodicticam, sed tanquam pro-  
babilem eam defendendam assumimus. Omnes enim cause Iridis ex-  
cap. 9. Gen. titerunt ante diluvium. Ergo ipsam Iridem ante diluvium ex: itisse, ma-  
xime probabile est: Siquidem positis causis naturalibus sufficientibus, &  
PAG. 207. non impeditis sequitur effectus.

Philip. lib. 4.  
Disl. pag. 293.

XXXII X. Causæ verò Iridis naturales sunt, nubes & quidem  
rorida, & denique soli è diametro opposita. Nubem fuisse testa-  
tur Iobus cap. 38, v. 8. Eam roridam fuisse colligitur ex principali fine:  
Principalis enim Nubis finis est, ut ejus destillatione fœundetur terra. At  
terra ante diluvium fœundatione indiguit. Ergo verisimile est ex radio-  
rum solarium in nubem incidentium refractione Iridem esse generatam:  
facile enim fieri potuit, ut talis nubes rorida soli esset opposita.

XXXIX. Quare simile de lapide terminali hoc applicamus: Hic enim  
non incipit tunc primum existere quando officio hoc fungitur, ut agrorum  
fines discernat, sed appellationem dunt axas limitis consequitur, quia sit  
signum distinctionis: Nihil certè obstat videtur, quo minus idem de iride  
sit verum.

X L. Quamvis igitur utraq; sententia suis nitatur fundamentis, nec  
facile sit à Doctorum & Praeceptorum sententia à fide non aliena docenti-  
sum recedendum. Arbitramur tamen nos neminem offensuros, si cum B.  
Hunno sentiamus, probabiliter defendi posse, Iridem ante Diluvium ex-  
itisse. Quare pro probabili assertionis defensione distinguendum esse  
censemus inter fundamentum & relationem: Iris ante Diluvium  
fuit quoad fundamentum, sed non quoad relationem, b. e. non significa-  
bat. quod jam significat, puta iram Dei esse placatam, & Deum iniisse  
fœdus cum genere humano, de terra non amplius diluvio perdenda. Seu:  
Distinguendum est inter considerationem Iridis absolutam & respectivam:  
absolutè consideratur ut Meteoron, & ita fuisse putatur; Respectivè ut si-  
gnum fœderis, atque ita omnino non fuit. Tantum etiam de Iride, qua  
generatur in Nube.

X L I. Intra Nubem generari multi docent lapidem fulmineum, cujas  
ictu domus sèpe vel arbor corruat.

X L II. Præaccipimus priùs quàm probabiliorem sententiam de lapidis  
hujus generatione exponamus. duo: 1. Superstytiosa esse, quæ in Papatu de  
hujus narrantur lapidis effectu, ut pote quodd sit remedium contra fulmen.

2. Distrin-



2. Distinguendum esse inter fulmen & lapidem fulmineum: fulmen fit  
sæpè cum lapide, nonnunquam sine lapide.

Zanch. de op e.  
6. die. p. 454.

Quæstio 8.

An lapis in-  
tra nubes ge-  
nerari possit?

X L I I I. His præceptis, non absurdam esse sentimus sententiam illorum, qui lapidem intra nubem generari posse autumant. Nam ubi dari possunt cause lapidis, ibi ipsum lapidem dari posse, non videtur negari posse. At qui in Nubibus dari possunt cause Lapidis. Ergo, &c. Materia enim hujus lapidis est exhalatio terrena & viscosa cum materia metalli permixta, quæ ob crassitatem suam in Spiritum abire nequit. Causa efficiens est calor exhalationibus inclusus, & per aël. & suor aductus, qui materiam illam percoquit, & indurat, non secue ac lateres ex humectato luto compacti ab igne fornacis percoquuntur, & in lapidis formam indu-  
rantur.

X L I V. Accedit quod in vesica Animalium generari possit lapis: Quid igitur obstat, quò minus intra nubes generetur? Quinimò talia sæpè fulminis effecta observantur, quæ non nisi à lapide ejusmodi potuerunt produci, ut sunt foramina in corporibus solidis. Nec desunt antiquorum Poetarum testimonia, qui fulmina appellarunt sagittas & jacula Iovis.

X L V. Cum verò opiniones omnes de singulis Meteoris examinare nec chartæ nec temporis angustia permittat; ideo ne præcipuas pretereamus, fontium originem inquiremus.

X L V I. Fuerunt igitur nonnulli, qui fontes & flumina ex collecti-  
tijs imbrium aquis cavitatibus & alveis intra terram exceptis ge-  
nerari, & ex ijs dimanare sunt opinati. Huic opinioni op-  
ponimus 1. profunditatem aquarum in locis siccis:

Quæstio 9.  
An fontes ex  
imbribus ge-  
nerentur?

In his enim locis putei per trecentorum pedum spatia in altum effossi habent venas aquæ refertas. Ad tantam verò profunditatem aqua pluvialis nunquam pervenit. Vix enim ulla pluvia tanta est, ut terram ultra decem pedes in altitudinem madefaciat. 2. perpetuitatem quorundam fontium in locis etiam calidis; contrararitatem aquarum pluvialium.

X L V I I. Philosophi sententia est, fontes ex aère & vapore per insi-  
nitos meatus sub terram ingresso & in aquam converso generari. An fontes ge-  
Terra enim multis in locis non patentes modo, sed occultas etiam cavernas nerentur ex  
habet. At natura abhorret à vacuo. Aer & vapor igitur in terræ mea-  
tus illabuntur, eosq; penetrant, ne vacuum aliquod in natura relinquatur.  
Aer verò in locis illis subterraneis inclusus facile calorem, propter illorum  
locorum frigiditatem, amittit, quo deperdito, in aquam cum humidus sit,  
vertitur, us guerratim defluat, & in aliquem locum decurrat aq; ita fon-  
tium

Quæstio 10.  
An fontes ge-  
nerentur ex  
aere?  
lib. 1. Meteor.  
cap. 13.

tium, fluviorumq; scatebras efficiat. Absurdum enim est, si quis putet non ex eadem causa in terra aquam exoriri, ex qua super terram, & in aere oritur.

Pag. 354.

XLIIX. Non alienus ab hac sententia est Meurerus, Materia, inquit, fontis est vel aer, vel vapor, vel uterque, qui frigore addensatus converiatur in aquam haud aliter, quam supraterram ex densato aere aut vapore gignitur humor, qui in guttas coit, & delabitur, ac fit pluvia aut ros.

Quæstio II. An aqua fon. tana derive-  
tut ex mari? Verum firmioribus persuasi rationibus, ne tamen in totum à tan-  
ti Philosophi sententia recedere videamur, distinguemus inter causam  
fontium principalem, & adjuvantem. Principalis fontium pro-  
creans causa est mare, ex quo per certos quosdam in terra meatus & ve-  
nus ad certa terræ loca derivatur aqua, ubi fontes efficit. Terra enim est  
porosa. Per poros igitur sive meatus ejus, ne vacuum actuale concedatur,  
aqua derivatur, non aliter ac sanguis ex sententia medicorum, ab epate ad  
singula membra defluit.

Cap. I. v. 7.  
Connimb. in lib.  
Meteor. p. 103.

L. Docet hoc Ecclesiastes. Omnia flumina intrant in mare, & mare non  
redundat, ad locum unde exeunt flumina revertuntur, ut iterū fluant. In-  
eptè nonnulli respondent, in eo sensu dici flumina è mari egredi, quia va-  
pores ex eo potissimum attolluntur, quibus terra humescit. Nam 1. Dicun-  
tur flumina non è vaporibus; sed ex mari exire. 2. Nec omnes vapores è  
mari elevantur. 3. Et flumina revertuntur, unde exeunt. Non autem  
revertuntur in vapores. Ergo nec juxta tenorem hujus dicti ex illis ge-  
nerantur.

Cap. 40. v. 10.

Lib. 2. de Oribe. ram redeunt, & è mari orta in mare remeant. Rectè igitur Damascenus,  
fide c. 9. p. 109. tota, inquit, terra porosa est, antrofa, veluti quasdam venas habens, per  
quas ex mari suscipiens aquas, fontes perficit.

Exer. 50.

LII. Hinc Scaliger, fontes testatur, quò sunt à mari remotiores edù mi-  
nus salbos esse: Putei, ait, prope mare, salsi: longius, minus: procul, nihil.  
Nec dissentit in totum Plato, & qui ante eum vixerunt. Censuerunt enim  
in medio ingentem esse hiatum seu abyssum, quem ῥάπται. Poetæ nomina-  
runt, ex quo aquæ omnes deriventur.

Exer. 46.

LIII. Adjuvans fontium causa sunt vapores, & incrassatus aëris;  
at non principalis. Non enim est verisimile aerem sufficere ad tantam  
aqua molem explendam, cum sit elementum rarissimum. Unde Scaliger  
opinionem eam hoc modo deducit ad absurdum, tanto aere subtus absu-  
pto eveniet vacuum; aut per quæ tandem foramina tantū ex hoc aere su-  
periori



teriori descenderet eō, ac subiret. Neque invenio sub terra tantum spatiū, cum decuplum oporteat esse ampliorem aerem ad certam magnitudinem aquae efficiendam.

LIV. Occurrit Cardanus dicens aquam marinam esse salsam: proinde fieri non posse, ut omnem amittat salsuginem. Resp. Aquam marinam non salsam esse creatam, sed talem ab efficacia solis generari. Vnde testatur Plinius ē lana lateribus navigiorum appensa, dulcem humorem exprimi, & mare argilla percolatum amittere salsuginem. Et observarunt nautæ, si vasculum cera obductum mari immittatur, percolatam aquam salsuginem amittere. Quare sentimus aquam per varios & angustissimos terræ meatus percolatam amittere sal sedinem. Hinc Damascenus: Perco. latur & depuratur per terram marina aqua, & sic dulcorascit.

LV. Majorem difficultatem habet, nempe qui fiat, quod elementum grave ex inferioribus maris partibus ad summos montium vertices ascendet, & ibi fontium causa existat? D. Basilius opinatur aqua maris Spiritu, flatuè interius movente sursum ad scaturigines propelli. D. Thomas arbitratur aquam fontanam sursum attrahi vi cœlestium corporum. M. Albertus docet vapores in terræ cavernis elevatos attrahere ad se aquam, quam sursum efferant. Alij autem terram, non aliter ac spongiæ, attrahere ad se aquam, quam eminentioribus locis reddat. Seneca censet, esse quasi venas in terra per quas aqua proferatur, ad eum modum, quo sanguin permeat venas animalium. Alij existimant aquam ascendere alta sèpè montium juga, ne vacuum in terræ meatis concedatur: Iuvare verò in ascendendo partim ab accidente, quia magna est vis aquæ ex mari succedentis, & antecedentem sursum propellentis; partim à naturâ, eò quod aqua tunc sit extra locum suum: Quod his expressit versibus Scaliger:

Exer. 46.

Quia saxa cavo latebrosa recessu

Urgentem invitant laticem: quem vis vaga ponti  
Perpetuò premit accubitu, truditq; ruentem.

LVI. Causam verò quod ad montium latera potissimum erumpat, quærunt in conditione terræ. Nam in plano non facile erumpit, eò quod terra ibi sit magis compacta; in montibus verò terra est porosior & ravior. Ergo ex his facile ebullit.

LVII. Addimus his responsionem nonnullorum Patrum, nempe aquam Dei jussu ascendere, & ex montibus erumpere juxta illud Esaiæ: Aperi- am in supremis collibus flumina, & in medio camporum fontes. Hinc inferē

Lib. 2 subtil.

pag. 123,

Quæstio 12.

Cur aqua ma-

rina sit salsa;

fontana verò

non item?

Pag. 109.

Quæstio 13.

Quomodo a-

qua ascendet

alta montium

juga?

Serm. 2. de Prov. fert Theodoretus, aquā Dei verbo obtemperantem summos montium verti-  
ces occupare. Ceterò igitur putamus, Deum, cum aquas terrae cavernis inclu-  
sisset meatq; in terra fecisse per quos dispergit aquas. Hinc Sapientia: Quando  
preparabat cœlos aderam: quando æthera firmabat sursum, & librabat  
fontes aquarum. Et Damascenus: Divino iussu concavitates in terra fa-  
ctæ sunt, & sic in congregations suas conveniunt aquæ, hinc etiam mon-  
tes facti sunt.

Prov. 8.  
Pag. 109.  
Quæstio 14.  
An Metalla  
imperfecta  
possint perfic-  
ti?

LIX. Tandem quoniam Metalla conveniunt cum Meteoris ratione modi  
generationis, attingimus controversiam de Metallis perficiendis:  
præsupponimus, aurum esse Metallum præstantissimum: Itaq; differet hujus  
respectu à reliquis gradu perfectionis. Itaq; natura in generatione Me-  
talli intendit aurum, quia intendit in quolibet genere præstantissimum.  
Deficit verò à perfectione hac propter nonnulla impedimenta. Differunt  
igitur metalla hujus respectu gradibus perfectionis & imperfectionis, puri-  
tatis & impuritatis.

LIX. Quare ita argumentamur: Imperfectum potest perfici arte si ap-  
plicentur naturalia activa passivis. Atqui metalla impura sunt imper-  
fecta. Ergo possunt perfici arte.



05 A 1445

ULB Halle  
003 777 723

3



10/02

60





# Farbkarte #13

